

VVIGANDVS ORTHIUS THEOLOGVS MARPVRGENSIS.



VVigādus natus est Marpurgi in Hassia ex ho-
nesta familia, anno 1537. In eo loco diligenter
artium & linguarum fundamenta iecit, atq; in pri-
mis Hebreæ linguæ incubuit. Erat enim felici inge-
nio & præclara indeole præditus. Postea S. Theolo-
giæ operam dedit, & diuinarum literarū usum sibi
familiarem reddidit. Usus est autem in ea facultate
præceptore uiro doctissimo Andrea Hipperio, cu-
ius uxor Vuigando cognatione iuncta erat. Cum
hoc modo feliciter Vuigandus pergeret, atq; An-
dreas affinis anno 1563 mortuus esset, ipse in eius lo-
cū successit, & S. Theologiæ professor in Marpur-
gensi academia cōstitutus fuit. Nam reliquos suos
æquales longè superabat, & sermonis puritate conspicuus erat, id quod ex fu-
nebri oratione, quam pro Andrea habuit & edidit, abunde fatis patuit. Huic
eruditioni & uite innocentiam & morum integritatē adiecit, ut quamuis a ta-
te iuuenis, tamen prudentia senex uideatur. Itaq; si Deus ei uitam con-
cesserit, non tantū apud suos Cattos, sed in omni Germania ce-
lebris habebitur. Anon,